



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

24. Aprilis. Quidquid aliunde, quàm à Deo & ratione Instituti tui dictatur,  
tentatio est, suspecta res esto. S. Ignat. apud Nolar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

de filioli  
iu , q  
um cur  
otioso  
rem acc  
suâ De  
altum  
btinen

debent, non prout volunt, sed prout jubentur ; ubi dominatur ratio , servit ira, hæc dum servit, bona est.

Qui malis irasci nescit , cùm deberet, præcipuam regiminis partem negligit: qui parcit scelestis, crudelissimè sævit, uni blanditur, omnibus nocet. Rei pater, communitatis tyrannus.

25. Aprilis.

*Quidquid aliunde, quàm à Deo, & ratione  
Instituti tui dicitur , tentatio est, suspec-  
ta res esto. S. Ignat. apud Nolar.*

**Q**uantùm fabrica declinat à regula, tantùm inclinatur ad interitum. Regula est cui accommodari debent omnia. Cæterùm non erigitur ædificium, sed cumulus paratur ad ruinam. Idem esto de spiritali vitæ fabrica iudicium.

Regula sit norma vitæ , sit singularum actionum amassis. Ut enim errat, & nobilis etiam structuræ decorem tollit, quisquis à regula exerrat lapis : ita quævis actio regulæ difformis ordinem impedit: dedecori est, non utilitati.

Nec à vulgi opinione patrocinium quære : peccat facilè multitudo: ponderanda

potiùs,quàm numeranda veniunt iudicia  
Indignus cenletur ratione, qui mavult con-  
dere,quàm iudicare.

Deus benedictionem Instituti tui reg-  
læ alligavit ; hac ad unguem servatâ,  
cedent omnia : rejectâ, nihil. Nec rever-  
tioni danda foret fides, si aliquid à reg-  
tua alienum suaderet.

26. Aprilis.

*Non minus miraculum est, videre me-*

*Religiosum, qui aliud non querit, quàm*

*Deum, quàm videre latum, qui omnia*

*alia querit præter Deum. S. Ignat. apud*

*Trinkel, in exercit.*

**I**bi solidum potest esse gaudium,  
si possidetur summum bonum ; in  
uno est flamma sine funo, aliæ rosæ sp-  
horrent, & gaudia mœrore confundunt.  
Virtutis nempe pedissequa est confi-  
mentis lætitia.

Ludi, musica, spectaculorum varietas  
infirma sunt gaudiorum artificia. Oblita  
dolori esse possunt, sed ad tempus.  
Spendunt potiùs, quàm tollunt animi  
rorem, qui facilè recrudescet, nisi repetatur  
in bono immutabili medelam.